

ret, maculis quam plurimis rubentibus, nonnullisque caeruleis pisces totum nulla habita ordinis ratione pingentibus. *Rostrum* extensum, sed non acutum. *Labia* crassissima, quorum superius duplex appetet. *Oculos* magnos et aureos. *Branchias* utrinque quaternas, et juxta eas *pinnas* latae et rotundae, duasque alias minus latae in ventre. In dorso una fatis longa erigitur, cujus anterior pars stricta et aculeis munita est: posterior latior et aculeorum expers. A podice, qui in medio fere ventre una quoque, duobus aut tribus innixa aculeis, per imum ventrem ad caudam explicatur. *Cauda* in unam pinnam latam ac fere rotundam violaceam et maculis atque lineolis plurimis caeruleis insignitam desinit. *Interiora* si spectemus, *ventriculum* habet magnum, appendices multas, *intestina* ampla, *hepar* subalbidum, cui fellis vesicula haeret. *Lienem* subastrum. *Victus* ipsi praeter aigam, et alia marina excrements, pisces. Solitarius est, et saepe singuli capiuntur. Verno in primis et autumnali tempore, forte quod aestate ob caloris, hyeme ob frigoris impatientiam lateant. Ignobilis inter cibos censetur.

TAB. XII. 13.  
Aldrovand.  
de Pisibus  
l. I. c. 5.

**L E P R A S** seu *Pforus*, quod illud praeditus sit fugillationibus, quibus qui lepra et psora laborant, sicut nonnullis, sed metuo ne perperam, videtur dictus, *Lelepris* Latinis, si vera prodit Rondeletius dicitur. Ex Turdorum est genere. Vix ad dorso dantem in mari Adriatico excrescere solet, cum pedem et amplius in Oceano excedat. Totum corpus habet maculis nunc cancellatis, nunc rectis, nunc in obliquum sparsis variegatum. *Squammas* ad oram rubore suffusas, latae. *Caput* non ita

multis coloribus cancellatum, quod lineas hinc inde ductas, ex caeruleo, viridi, ac rubro mixtas, ostendit. *Oculos* parvos, rotundos: iridem oculorum aeri similem, quam si quando in gyrum contorqueat, cyaneum, deinde aureum, tandem argenteum circulum in crystallini coloris fulgorrem referre conspicias. *Os* ipsi parvum, *dentes* albi, acuti. *Maxilla* superior tubi in modum cranio infarcitur, ut paene duo labia carnosa esse credas: *lingua* alba et paene soluta. Continuam tergoris *pinnam* gerit, sed decim aculeis munitam, atque aliam sub ventre ano vicinam. Omnes pinnae transparentes sunt, molles, leves, rubro, caeruleo, viridi, et aliis coloribus maculatae. Linea quae pisibus utrinque latera dividit, nequaquam in hoc pisce recta procedit, sed a superiori branchiae angulo arcuata, secundum tergus deducta est: mox ubi tergoris pinna definit, illuc quidem linea reflectitur, et arcuatur, deinde recta per medianam caudam defertur. Quantum ad *internas partes* peritoneum habet album, *hepar* ex pallido lacteum, ad finistram magis protensum, tribus lobis, uno tantum longo duabus brevibus, constans. *Lienem* planum, oblongum, minoris digiti magnitudine, rubrum. *Intestina* ejusdem capacitatis, ut proprius stomachus in eo videri non possit, semel a stomacho ad anum revoluta, multis que omentis obducta. *Lactes* copiosas, et vulvam bicornem. Hanc ex Bellonio, qui eundem cum *Marzapani* dici credit, forte quod aequo in deliciis ob carnis suavitatem appetatur, ac panis Martius vulgo dictus. Est tamen alias Marzapanis pisces, qui TAB. XIV. *Rosa* dicitur, et totus maxime in dorso rubet, minus in ventre.

1.

#### ARTICVLVS. IV.

##### De Merula.

TAB. XIV. 2. **M**erula, Oppiani interpreti et Apicio *Merulus*, Plinio medico prodente Bellonio *Piscis Aspratilis*, Venetis *Tinca marina*, Graecis *νέρωφος* et *νότιλυφος* dicitur. De illius colore dissentient authores. Numenius

apud Athenaeum *Nigram* cognomina. a Athen. l. 2. nat. Oppianus *αιθώνα*, Varinus *μελανόσκελον*, vocant. Salviano et Rondeletio ex colore Indico et caeruleo nigricant. Hic et sexu distinguit; in mare, colorem ad violaceum magis acce-